


MAGNIFICENTISSIMIS AN-
TIQVO NOBILITATIS GENERE EMI-
NENTISSIMIS CONSULTISSIMISQUE
*Viris, Reipub. Noribergensis Administratoribus,
Prece ribus ac Mæcenatibus suis colendis sub-
missis &, quâ par est, reverentia
offert, &c.*

 UÆ de affectibus pravis scripsi, ijs vestrū,
viri Nobilissimi, Amplissimi, nomen præ-
scripsi. Multa me isthic ceperunt: Locus,
Homines, Genius ipse loci. Duo potissi-
mum eaq; tam Interna, quàm & Externa: quando
formâ meliori & rectitudinis normâ dirigantur ad
usum vitæ omnia. Quoniam ergo eminentissimi
vestri solij & soli recordatio sumpsit alas: agedum
hac pennâ circumvolabo ipsam. Si ad Externa re-
spicio, verè a mœna sunt moenia: reliqua ònia tam
ritè ac dispositè formata, tam aptè posita: ut non
facile quid aptius, aut per omnes partes effectius
vel cogitari possit. videntur annulo quasi compræ-
hensa & inclusa singula. Vix enim relictus est angu-
lus, qui non certæ rei sit addictus. Si interna sic pon-
derata & polita, ut haud limam desiderent aut pon-
dus expectent. Sic examinata non secus quasi librâ
appendant: & æquâ judicij Lance omnia pendant.
Ut fortè ista illibenter hæc audiatis, ipsa æquitas si
judicet, non aliam sententiam vobis donet. Incolæ
G bene